



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Præfatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

SEQVNTVR VARII AR
TICVLI ERRONEI OMNIVM PE
NE FACVLTATVM, IN ANGLIA
& Parisiis studiose & auctoritatue con
demnati, cum reuocationibus
eorundem.

P.RÆFATIO.

VNIVERSIS præsentes literas inspecturis Stephanus
permissione diuina Parisiensis Ecclesiæ minister indi
nus, Salutem in filio virginis gloriose Magnarum
personarum grauium crebra zeloq; fidei accensa in
nuauit relatio quod nonnulli Parisiis studentes in arti
bus proprie facultatis limites transcendentes quosdā manifestos & execu
biles errores, immo potius vanitates & insanias in rotulo seu schedulis in
annexo seu annexis contentos quasi dubitabiles in scholis tractare &
disputare præsumunt: non attendentes illud Gregor. Qui sapienter loquitur
magno pere metuat, nec eius eloquio audientiū vntas confundatur.
præsertim cum errores predictos gentilium scripturis muniunt, quos pri
pudor ad suam imperitiam asserunt sic cogentes, ut nesciant eis responderi.
Ne autem quod sic innuunt, asserere videantur, responsiones ita palliant
quod dum putant vitare Scyllam incidunt in Charibdim. Dicunt enim
esse nota & vera secundum philosophiam, sed non secundum fidem cathe
licam, quasi sint due veritates contrarie, & quasi contra veritatem sane
scripture sit veritas in dictis gentilium damnatorum: de quibus scriptum
est. Perdam sapientiam sapientum, quia vera sapientia perdet falsam sa
pientiam. Utinam tales attenderent dictum sapientis seu consilium dicu
tis. Si tibi est intellectus, responde proximo tuo: si autem, sit manus tua
super ostium, nec capiaris in verbo indisciplinato & confundaris. Ne i
tur incauta locutio trahat simplices in errorem, nos tam doctorum sacra
theologiae, quam aliorum communicato consilio districte talia fieri & con
silia prohibemus & ea totaliter condemnamus, excommunicantes omnes
illos, qui dictos errores dogmatizauerint, vel aliquem de eisdem dogmati
zare aut defendere vel sustinere præsumperint quoquo modo, & audientis

AR
 I PE
 IA
 eorum, nisi infra septem dies nobis vel Cancellario Parisiensi duxerint re-
 uelandum, nihilominus processuri ad pœnas contra eos pro qualitate culpæ,
 prout ius dictauerit infligendas. Librum etiam de amore siue de Deo amo-
 ris, qui sic incipit. Cogit me multum. & cetera, & sic terminatur. Cane
 igitur Galtere amoris exercere mandata, &c. Item etiam librum Geo-
 mantie, qui sic incipit. Aëstimauerunt Indi &c. & sic terminatur, Ra-
 tiocinare igitur super eam, & sic inuenies, &c. Item libros & rotulos, &
 quaternos nigromanticos, aut continentes experimenta sortilegorum, in-
 uocationes dæmonum seu coniurationes in periculum animarum, seu in
 quibus de talibus & similibus fidei orthodoxæ & bonis moribus aut operi-
 bus euidenter aduersantibus tractatur, per eandem sententiam nostram
 condemnamus, & omnes qui dictos rotulos, libros & quaternos dogma-
 tizauerint & audierint, nisi infra septem dies nobis vel Cancellario Pa-
 riensi reuelauerint, eo modo quo superius est expressum. In his scriptis sen-
 tentiam excommunicationis ferentes ad alias pœnas prout gravitas culpæ
 exegerit nihilominus processuri. Datum Anno Domini millesi-
 mo ducentesimo septuagesimo septimo: die dominica
 qua cantatur, Lætare Hierusalem in
 Ecclesia Parisensi.



OOO 4

COLLE-